



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orthographiae || Ratio

Manuzio, Aldo

Venetiis, 1566

0

urn:nbn:de:hbz:466:1-13350

OBSCVNS, sine diphthongo. deducitur enim a Scena, quam Graeci, Σκην. quasi contrarium Scenae quod in Scena, multis praesentibus, pronunciare non liceat. male enim Priscianus deriuat ab Obs & Cano

ONVS, sine Adspiratione. libri veteres: quamquam nonnulli libri, Honus, cum H: & Varro dictum putat, Honos, ab Honesto Honere; &, Honestus quia Honeratus. Pontanus, & Gellius lib. 2. cap 3. cum H scribendum censuerunt. in hoc lapides sequor, & Consuetudinem, cui seruire Orthographiam, Quintilianus lib. 1. Instit. Orat. scriptum reliquit; Orthographia, inquit, Consuetudini seruit: ideoq. saepe mutata est. Et Victorinus Afer in Libello de Orthographia, sic: Antiquitatem posterior Consuetudo uincit

Ausculi, in Suburbio. I

PELAGI NII A
P FVNDANIO. P. F. PAP
PRISCO. PATRON. MVNICIPI
OMNIBVS . HONORIB
ET. ONERIBVS. FVNCTO
N n 5

Patron . Ciuit . Auscul
 Qui.cum . multa . et
 maxima . in . Remp . saepi
 us . praestiterit . Fontem
 quoque . nouum . cum . gran
 di . sumptu . Fabricae . sua . pecu
 nia . induxit . et . Ciues . Patri
 amquae . reformauit
 M . Cap . Latores
 Patrono . Praestantissimo
 L . D . D . D

OPIDVM, si Etymologiam sequimur, unica P, scribe-
 » mus . Varro enim, lib. IV. Maximum, inquit, at-
 » dicitur est Opidum, ab Ope dictum, quod munitur
 » opis causa, ubi sint; &, quod opus est ad vitam ge-
 » rendam, ubi habitent tuto . Vel, Opiaa, quod opere
 » munibant moenia, quo muniti essent . Et Festus
 » Opidorū, inquit, originem optime refert Cicero, Lib
 » I. de Gloria . eamq. appellationem usurpatam esse
 » existimat, (sic enim lego, non, ut in vulgatis, Eamq
 » appellationem usurpationem appellatam esse exist.)
 » quod opem darent . Isidorus quoque, Lib. XV. cap. 2
 » Haec, inquit, est origo Opidorum, quae, quod Opem
 » darent, iccirco Opida nominata dixerunt . Quam-
 » uis eodem loco supra, a quibusdam dicat Opida no-
 » minata, quasi, ab Oppositione murorum . In sequen-
 » ti inscriptione Opidum & unica P, & duplici, scri-
 » ptum est

Aetri

*Aletri, sub Porticu D. Mariae, in Tabu-
la antiquissima. I*

L. Betilienus. L. F. Vaarus
Haec. quae. infera. scripta
Sont. de. Senatu. Sententia
facienda. coirauit. Semitas
in. Oppido. omnis. Porticum. qua
in. Arcem. eitur. Campum. ubi
Ludunt. Horologium. Macelum
Basilicam. Calecandam. Seedes
Lacum. balnearium. Lacum. ad
Portam. in. Opidum. Adou
Arduom. Pedes. CCCXCI. Fornices
fecit. Fistulas. soledas. fecit
Ob. haec. res. Censorem. fecere. bis
Senatus. Filio. stipendia. mereta
Ese. iouit. Populus. que. Statuam
donauit. Cenforino

*Vide, OPPIDVM, duplici PP, in, PAESVLAE, I; &
in, HIEMS, I; & in, TVSCVS, 6. & in sequenti*

Alcantarae. 2

M V N I C I P I A
P R O V I N C I A E
LVSITANIAE . STIPE
CONLATA . QVAE . OPVS
PONTIS . PERFECERVNT

ICAEDITANI

LANCINENSES. OPPIDANI

TALORI

INTERAMNIENSES

LANCIENSES. TRASCVDANI

ARAVI

MEIDVBRIGENSES

BANIENSES

PAESVRES

OPORTET, *unica p. libri veteres, & lapides, vide
in, HIEMS, I*

OPPERIOR, *duplici pp. libri veteres, & Virgilius
Carpensis*

OPPORTVNE, *duplici p p. libri veteres, Virgilius
Carpensis, & Analogia*

OSTIA, *vrbs, sine Adspiratione. Liuius, lib. 1. V f
» que ad mare imperium prolatum, & in ora Tiberis
» Ostia vrbs condita. Idem tradit Dionysius lib. 3*

OSTIVM, *sine Adspiratione. libri veteres, Virgilius
Carpensis, & lapides. vide, in, ARENA, I*

OTACILIVS, *nō, OTTACILIVS, aut, OCTACILIVS
familia Romana. lapides Capitolini, & duo num-*

mi argentei Andreae Lauretani, aliūsq. aereus
Rinaldi Odonij, sic inscripti, MARCIA . OTACIL
SEVERA . AVG

OTIVM, cum T. libri veteres, et Q. Papius Gram-
maticus, plane, his verbis: In his syllabis sonus lit-
terae Z immixtus inueniri tantum potest, quae con-
stant T, & I, & eas sequitur vocalis quaelibet, ut
Tatius, Otia, Iustitia, & similia. Cuius ego senten-
tiam sequor libentius, quam eorum, qui Induciae, &
Ocium, cum C. scribunt, Donati auctoritate addu-
cti. Donatum enim scripsisse dicunt, Induciae, quod
inde Ocium. quod falsum puto. nam potuit scribere
Indutiae, quod inde Otium. quod sententiam meam
confirmat. cui subscribunt antiqui lapides. vide, in,
EXSOLVO, I